



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1738. usque ad annum 1740

Fleury, Claude

Augustæ Vindelicorum, 1786

VD18 90119355

§. 29. Historicum specimen de incertitudine vocationis Divinæ
Prædicantium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67878](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67878)

ferendo, extirpanda hæreditaria sobole Sæc. XVIII.
&c. deliberent &c. ac demum Chri- A. C. 1739.
stianam Religionem, quæ sola tot ma-
lis impune perpetrandis obicem ponit,
vilipensis, emunctis, oppressis, ejectis-
que Pastoribus sensim eradicare adla-
borent? Utinam vani hi essent timores.

§. XXIX.

*Historicum Specimen de Incertitudine
vocationis divinæ Prædicantium.*

Nil in vera Christi Ecclesia certius,
magisque exploratum est, nisi
quod nullus sibi sumat honorem sacri
Ministerii, nisi qui sit a Deo vocatus;
ipsemet enim Christus non semetipsum
clarificavit, ut fieret Pontifex atque sacri-
ficium offerret pro populo; omnis
quippe Pontifex assumptus quidem est
ex hominibus, & pro hominibus; non
autem ab hominibus, sed a Spiritu
sancto, qui posuit Episcopos regere Ec-
clesiam Dei, & constituere illos in iis,
quæ sunt ad Deum, ut offerrent dona
& sacrificia pro peccatis. Necessè est
igitur, ut omnes, qui veri veræ Ec-
clesiæ sunt Sacerdotes, ab Episcopis
per Spiritum sanctum constitutis vo-
cati ac missi sint; sicut D. Paulus ex
institutione Christi Titum Cretæ reliquit,
ut constituat per Civitates Presbyteros ut au-
tem

Sæc. XVIII. temveri ab intrusis ac spuris dignoscantur, seu (prout ait ipsemet Hobbelius ex Protestantium grege unus) *ut illis fides apud populum habeatur, sciatque inde populus missos illos esse a Deo, suæ missionis tesseram, vel si ita loqui fas est, patentes literas & signum habeant, necesse est: Eapropter ipsemet Lutherus Mülhusano Senatui suavit, ut si Thomas Münsterus signo aliquo evidenti comprobare non poterit, sibi a Deo docendi munus fuisse demandatum, tunc illum tanquam falsum Ministrum repudiaret. Inde pariter inferri videtur, pro signo & tessera Divinæ vocationis haberi non posse I. quod talis Minister se ipsum non intruserit; etii enim se vocatum dicat, vocationis tamen suæ signum insuper exhibere debet, II. quod sit a Principe, Magistratu vel populo vocatus; quippe ut tali homini apud Principem, Magistratum & populum fides habeatur, prius talis homo signum certum habeat necesse est, ut inde Princeps, Magistratus & populus sciat, hunc hominem non ab ipsis sed missum esse mediate a Deo. Tale autem signum ac tesseram suæ vocationis, cum non habuerit Lutherus, & quidem nec distinctius ac certius, quam non item Calvinus, Zwinglius & ceteri Novatores adducunt, in eorum Ecclesia ad hunc*

*De Civit.
Chr. c. 37.
pag. 204.*

hunc usque diem nullus est Præco, Sæc. XVIII.
A. C. 1739.
 qui suæ vocationis veritatem divino testimonio, certoque ejusmodi testimonii signo comprobare valeat (*). Unde non raro accidit, ut mota de ejusmodi vocatione controversia progenii affectusque diversitate talis Præco nunc divina vocatione pollere, nunc carere judicatus fuerit. Tale specimen suppeditat Erfordienſe Synedrion; Res sic se habuit: hoc anno Joannes Michael Langguth Erfordix, ut vocant, Diaconus die vigesima Junii obierat, in ejus locum a potiori populi parte subrogatus est Joannes Martinus Kirchner non ita pridem electus alterius Templi Diaconus. Attamen hic Erfordienti Magistratui minus erat acceptus; nihil ergo expeditum magis, promptiusque erat, quam asserere, hujus Viri vocationem pro Divina non esse habendam, ac pluribus ex titulis fuisse illegitimam, E contrario illi, qui hunc Præ-

(*) Ipsemet Lutherus comm. II. in cap. 1. ad Galat ait, quod Apostoli immediate vocati fuerint ab ipso Christo, Apostoli postea vocaverint suos discipulos, ut Paulus Timotheum &c. Qui deinde Episcopus ut Tit. I. Episcopi suos Successores vocaverint, eaque vocatio duraverit usque ad nostra tempora & duratura sit usque ad finem mundi, hæc Lutherus.

Sæc. XVIII. Præconem postularunt, hujus electioni
A. C. 1739. nullum omnino vitium intervenisse,
 proin illius vocationem esse Divinam
 acrius contendebant. Quælibet liti-
 gantium pars in suæ opinionis fulci-
 mentum S. Scripturas, libros Symbo-
 licos, privata Ecclesiasticæ disciplinæ
 statuta, consilia, & nescio quæ alia in
 medium adduxit: Quis ergo in hac tanti
 momenti controversia infallibilis, cujus
 decisioni utraque pars stare teneatur,
 Judex erit? Quis acutiori oculorum
 acie in alterutra electione vocationis
 Divinæ vestigia inspicere poterit? Pau-
 cis, Senatus provocavit ad Theologi-
 cam Facultatem Helmstadiensem: Po-
 pulus autem ad Lipsiensem: inausa
 autem sorte contigit, ut inter has quo-
 que discors esset judicium, proin no-
 vus, aliusque requireretur Judex, qui
 pro vocationis Divinæ veritate certo
 decideret, quænam harum Facultatum
 in suo judicio errasset: Forte autem hic
 quoque Judex adhuc alium, & sic in
 infinitum deposceret Judicem? Perci-
 piamus tamen, qua ex tessera Helm-
 stadiensis Facultas Kirchneri postula-
 tionem minime ex Divina vocatione
 factam fuisse agnoverit: Igitur præpri-
 mis perpendit illa, quod ejus electio a
 trecentis octodecim e populo suffragan-
 tibus facta dicatur, post sedulam tamen
 in-

inquisitionem deprehensum fuerit, non-
 nili ducentos octoginta octo in eum con-
 spirasse, centum vero & quinquaginta
 octo, imo & ipsum Kirchnerum de vo-
 cationis divinitate dubitasse: His præ-
 missis Facultas pronuntiavit, ad me-
 diatam Prædicantis vocationem re-
 quiri. I. Quod talis Præco sui electio-
 nem ipse non ambiat, Jer. 23. v. 21.
 ad Rom. 10. 15. 2. ad Cor. 5. v. 20. At-
 tamen ex his textibus bene quidem e-
 ruitur, talem a Deo non esse vocatum,
 qui a Deo non est missus, aut qui sine Deo
 loquente ac mittente currit, vel lega-
 tione fungitur Deo non exhortante;
 aut in præsentis casu hoc ipsum est con-
 troversum, ex quo nimirum signo di-
 gnoscatur, hunc Prædicantem a Deo
 fuisse vel non fuisse vocatum. II. Quod
 talis vocatio tam Divinis quam huma-
 nis juribus ac statutis consona sit. Ast
 jure Divino juxta ipsum Lutherum hic
 vocationis ordo est stabilitus, scilicet:
 Christus immediate vocavit Apostolos,
 hi suos discipulos, hi dein Episcopos,
 & hi suos Successores; non ergo de
 Divina vocatione gloriari poterunt, nisi
 per homines nempe Episcopos a Deo
 sint vocati: Magistratus autem & Prin-
 cipes nec sunt Episcopi, nec ulla gau-
 dent missionis jurisdictione, secus &
 ipsi probare deberent, se a Deo per
 homi-

Sæc. XVIII.
 A. C. 1739.

Sæc. XVIII.
A. C. 1739.

homines & quosnam? ad Verbi Ministerium fuisse vocatos. III. Quod ad una Parochia ad aliam vocatus speret non fallacem, sed maxime probabilem habeat majoris ædificationis. At spes & fructus ædificationis primum consequitur ad certam vocationem Divinam, prius ergo inquirendum fuisset in notam, ex qua vocationis Divinæ certitudo veritasque comprobetur. IV. Quod talis Præco convictus sit, se suæ obligationi satisfecisse apud illos, a quibus ad alios Parochianos transire vult: attentis hisce quatuor notis Facultas pronuntiabat, videri quidem Kirchneri postulationem caractere divinæ vocationis insignitam esse 1. eo quod ob orthodoxiam & morum probitatem commendetur 2. jus postulandi ex Divino & humano jure populo Lutherano competat, 3. ex communi Erfordiensium usu duæ tertix ad legitimam postulationem sufficiant. Nilominus Facultas Kirchneri postulationem ceu Divino & humano jure contrariam rejecit, & quidem I. eo quod facta fuisset a rudibus aliquot opificibus, qui tamen se divinitus illustratos esse, jactitare non auderent (forte autem Magistratus, & Principes se divinitus illustratos sciunt? & unde id probant?) ac insuper de spiritali cujusdam communi-

munitatis necessitate dijudicando non Sæc. XVIII.
 capaces sint, & aliunde modo indecenti A. C. 1739.
 & receptis Ecclesiæ legibus contrario
 aliorum suffragia emendicati fuissent.
 Insuper constat, hos suffragatores do-
 lose egisse, cum Postulationis factæ
 actis certo certius ad augendum nume-
 rum quosdam etiam inseruerint, qui
 tamen vel jus votandi non habent, vel
 nulli hominum sunt cogniti, aliunde
 eorum postulatio facta fuerit exclusis
 illis, quibus electiones dirigere, insti-
 tuere, & pro re nata dijudicare, vel
 corrigere jure competeret: nec pro di-
 vino haberi queat id, quod palam ad
 varias turbas & irregularitates ansam
 præbet; facile autem contingere posset,
 ut, si hæc postulatio pro Divina ha-
 beretur, imposterum novitatum cupidum
 pro privato suo affectu ejusmodi postu-
 lationes semper ad arbitrium suum mo-
 derari, & usitatas leges sapientissimas
 evertere præsumerent: aliunde vero
 majora & plura vota tantummodo va-
 leant, si libera & non extorta, nec ini-
 que conquistata sunt, prout tamen in
 hac postulatione libertas per indebitum
 suffragia colligendi modum sublata
 fuisset. II. Eo quod major spes procu-
 randæ ædificationis adsit, si Postulatus
 pristinae suæ Ecclesiæ inservire pergat,
 cum ad eam legitimo modo fuerit vo-
 catus,

Hist. Eccles. Tom. LXXVI.

Kk catus,

Sæc. XVIII. catus, ad novam autem duntaxat pe
 A. C. 1739. vota majora & hæc illegitimo mo
acquisita & per vilissimos homin
 ciones postulatus sit, proin a cet
 ris suo affectui indulgentibus grave
 vexationes pertimescere deberet, si
 ulla spe majoris ædificationis: inf
 per Kirchnerus certus esse nequeat
 an suis Parochianis, ad quos antea vo
 catus fuerat, novem illis mensibus
 tisfecerit, intra quos vix suas oves
 agnoscere, minus vero de eorum fructu
 vel damno judicare potuit, potius ergo
 ab his, eoquod contra novam postula
 tionem protestentur, se iterato vota
 tum esse credere, majoremque fructum
 apud eos, quam illos, a quorum magna
 parte rejectus fuit, sibi polliceri possit
 ac semetipsum multis conscientie an
 xietatibus exponeret. Ex his Sapien
 tissimi Helmstadienses Theologi con
 cluserunt, Kirchneri postulationem pro
 Divina non esse habendam, nec a Sen
 natu approbandam.

E contrario Lipsienses ad propo
 tam quæstionem *re in Dei timore & juxta
 Dei Verbum & Ecclesiæ Lutherane præcipua
 mature considerata*, ex transmissis actis
 retulerunt, Inspectores viduatæ Eccle
 siæ cum Parochianis de novo eligendo
 deliberasse, ac tres Candidatos propo
 suisse, potioem tamen eorum partem,
 ne

neglectis his tribus Kirchnerum postu-
 lasse, pro confirmanda autem ejus po-
 stulatione vota pro more colligere tergi-
 versatos fuisse, Parochianos vero nu-
 mero trecentos octodecim hanc postu-
 lationem a Senatu confirmari petiisse,
 e contra Senatum ab Inspectoribus de-
 clarari postulasse, 1. an omnes, qui
 eam postulassent, hujus Ecclesiæ vere
 Parochiani essent, 2. quinam illi sint,
 & 3. quare in hanc postulationem In-
 spectores consentire noluerint? ad ter-
 tium vero Inspectores respondisse, se
 ideo reclamasse, eoquod religioni sibi
 duxissent, Prædicantem paulo ante per
 unanimia vota ad suam Ecclesiam vo-
 catum ab ea revocare, dein in Senatu
 in deliberationem fuisse vocatum, an
 Kirchneri postulatio pro Divina sit ha-
 benda, dissidentibus vero Senatoribus
 a Kirchnero fuisse petitum, ut scripto-
 tenus declararet, an ex convincenti Dei
 testimonio se ad deserendam priorem,
 & acceptandam novam Parochiam se
 teneri crederet, hunc vero declarasse,
 quicquid Senatus pronuntiaverit, pro
 convincenti Divini Verbi revelatione
 habiturum: Ast delphicum hoc oracu-
 lum tunc obmutuit, & quid certo re-
 sponderet, nescivit, quocirca ad Li-
 psiensium Tripodem pro responso recur-
 rere decrevisse &c. His præmissis Li-
 psien-

Sæc. XVIII.
 A. C. 1739.

Sæc. XVIII.
A.C. 1739.

psiensis Facultas Helmstadiense iudicium, allatasque ab eo rationes nullas, ac insufficientes esse, proinde postulantes consuetam votorum collectionem & postulationis confirmationem jure a Senatu deponere decidit, postulantes amore pacis ultro suo succedere vellent. Ita nempe ad sollicitudinem docilis populi nutum, & ad sapientissimi Senatus dictaturam Prædicantium vocatio ex non Divina in Divinam, atque ex Divina in non Divinam stupendam metamorphosi transmutatur.

§. XXX.

Cronebergensium Lutheranorum querelæ contra Moguntinum Electorem.

Quamprimum Nobilis Familia Equitum de Cronenberg mortuo Adolpho Ottone ultimo Comite extincta fuerat, mox vi pacti, quod vulgo *Generationis* vocatur, ad Archiepiscopos atque Electores Moguntinos hæc Weterana Urbs devoluta est; tum vero pro more suo Lutherani, nescio quæ gravamina ac querelas contra legitimos suos Dominos excogitabant: Præprimis enim exponebant, solitarium suæ sectæ exercitium in anno decretorio ibidem in usu fuisse, anno autem hujus sæculi quarto